



**Recusatio Tridentinae synodi anno 1546 a statibus
Augustanae Confessionis Germanice euulogata, & nunc
primum Latine edita : rationes item initio compendio
recitantur, cur eiusmodi Synodi etiamnum deuitandae sint.**

<https://hdl.handle.net/1874/430204>

3

RECVSATIO
T R I D E N-
T I N A E S Y N O D I
ANNO 1546 A STATIBVS
Augustanæ Confessionis Ger-
manicè euulgata, & nunc
primum Latinè
edita.

RATIONES ITEM INITIO COM-
pendio recitantur, cur eiusmodi Synodi
etiamnum deuitandæ sint.

BASILEA

И Н Д Й А Т

и д о ч у з а з а и т

и т а т а т а т а т а т

и т а т а т а т а т а т

и т а т а т а т а т а т

и т а т а т а т а т а т

и т а т а т а т а т а т

и т а т а т а т а т а т

и т а т а т а т а т а т

и т а т а т а т а т а т

и т а т а т а т а т а т

и т а т а т а т а т а т

и т а т а т а т а т а т

и т а т а т а т а т а т

и т а т а т а т а т а т

и т а т а т а т а т а т

и т а т а т а т а т а т

и т а т а т а т а т а т

CAVSÆ CVR TRI
DENTINVM CONCILIVM
aliamq; ei similia, p;js recusanda
ac detestanda sint.



VIA non est legiti-
mè ab Imperatore
indictum de consen-
su Principum & pe-
titio ne piorum Episcoporum, si
cut olim iuetera concilia. Nā præ
ter alias notissimas historias, &
evidentissima testimonia, etiam
Nicolaus Cusanius Cardinalis li-
bro 3 de Concordia Catholica,
cap. 13 testatur omnes synodos
à Cæsaribus conuocatas, usq; ad
annum Domini 900. Citat quo
que Anastasium bibliothecariū
Pontificis idem afferentem.
2 Quia non præsidebit ei Im-

perator, ut olim in synodis factū
est, ubi Imperatores per se uel per
suos legatos præsederunt, eo que
aliquantò tranquillius & minus
partialiter synodi actæ celebratæ
que sunt.

3 Quia omnes Episcopi conuo-
cati & conuocādi, sunt adeò hor-
rendis iuramentis Papæ obstri-
cti, ut etiam uera dicere contra Pō-
tificem saluo iuramento non pos-
sint, quod testatur Pius Secūdus
in quadam epistola. Quid ergo
sperari ex tali coniuratorum co-
horte potest, aut debet?

4 Quia cum anno 1522 in Co-
mitijs Noricis ageretur de remit-
tendo iuramento Episcopis in fu-
tura synodo, clarè dixit Legatus
Papæ, hoc fieri non posse, Quia
hoc nihil aliud esset, quam colli-
gare

gare manus Papæ, ut in actis eius
conuētus Fasciculo rerum scien-
darum insertis habetur. Hinc ui-
demus Papam uelle alijs omnib.
in synodo esse manus colligatas,
sibi uero soli liberas & expeditas.

⁵ Quia ibi Papa uult per suos
præsidere, & omnia pro arbitrio
administrare, qui cum reus sit &
pars, non potest ullo iure præses
ac gubernator esse, etiam si alio-
qui ei id de iure conueniret.

⁶ Quia nota est Papæ, & eius
curtisanorum perfidia, crudelitas
& ueneficia, quibus audacissimè
in omnes graffantur, & facillimè,
quos uolunt, tollunt. Quis ergo
eis aut uitam suam ausit credere,
aut illis audebit ibi reclamare?

⁷ Quia est cōtra decreta Impe-
rij: nam sæpe decretum est in plu-

ribus comitijs, ut fieret synodus
in Germania, in aliqua ciuitate li-
bera. Item, ut esset synodus Chri-
stiana, legitima, libera, &c.

8 Quia locus est nimis angustus
pro magna multitudine hominū,
eorumq; non uulgarium aut gre-
galium, quæ ad legitimas synodos
conuenire solet ac deberet, ut Cō-
stantiæ plerunque 30000 homi-
num peregrinorū uisse dicuntur
Cui etiam pro longiori tempore
commodæ mansiones curandæ
essent. Non enim possunt homi-
nes literati ita turmatim in uno
contubernio habitare, ut milites,
aut nautæ, aut rustici. Ipsa etiam
angustia loci & frequentia homi-
num diutius commorantium, ne-
cessariò ibi pestem gigneret.

9 Quia annona sufficiens & tali-
bus

bus hominibus conueniens tole-
rabi*l*i precio in illis angustijs inō
tium haberi nequit, ubi nec crescit
multum, nec aduehere ex longin-
quis locis facile est, cūm nec viæ
curribus in omnes partes fint a-
ptæ, nec nauigia accedere & di-
scendere queant: Nō enim est illud
flumen ad nauigationem idoneū,
nisi ratibus tantū. Sic & proxi-
ma itinera per aliquot plures dies
ac hospitia circumquaç tum an-
nonæ caritate, tum locorū angu-
stia & paucitate accedentibus ac
abeūtibus noxia & molesta erūt.

¹⁰ Quia locus est æstate nimium
feruidus, ob summam congrega-
tionem & reflexionem radiorum
Solis, Et cōtra hyeme, ob nimias
niues, Alpes & flumen, quod non
sine causa nomen habet ab Ate, ul-

8

tra modum frigidus. Quæ intem
peries cæli quomodo conueniet
peregrinis & literatis hominib.
quorum ualetudo plerunque im
becillior esse solet.

11 Quia locus est nimium remo-
tus Principibus, Episcopis & Re-
gibus circa mare Balticum, in An-
glia & Scotia habitantibus, quo-
rum multorum plurimū interest
ut personaliter cum conuenienti-
bus familiaribus ac ministris ad-
sint coram, & suum ius contra Pa-
pam Ecclesiæ Dei oppressorem,
& sinceræ Iesu Christi religionis
corruptorem ac atrocissimū per-
sequutorem tueantur.

12 Quia cum locus esse debeat li-
berrimus & tutissimus, ut quisq;
pro arbitrio uenire, manere & a-
bire incolumis possit, Ille profe-
cto ta-

Etō talis non est. Nam & per mul-
tas Clusas (ut uocāt) aut claustra
angustias & montium & locorum
transeundum est itinere integræ
hebdomadæ: Quas angustias, si
quis latrunculus occupet, omnia
pro arbitrio tum in capiendis ho-
minibus, tum & in prohibendo
comeatu ager. Præterea ibi habet
munitissimam arcem Cardinalis
Pontifici arctissimis iuramentis
obstrictus ac deuotus: Quis ergo
ausit se illi loco credere, aut ibili-
berè contra eos loqui?

13 Quia tota forma istius synodi
prava ac præjudicialis est, ut abū-
de R. D. Petrus Paulus Verge-
rius Episcopus Iustinopolitanus
& gentilis meus, enumeratis om-
nibus talium synodorum partib-
descripsit, in eo Italico libro, quē

11

de Conciliabulo Tridentino, Anni 1552 conscripsit. Antequā ergo conueniretur, oporteret constitui communī consensu, cum aliarum nationum & Ecclesiarum tum præcipuè Romani imperij, de tota forma celebrādæ synodi, Præsertim autem, de modo disputandi aut inquirendæ ueritatis, in quo caput totius rei situm est. Id enim nisi prius fuerit constitutū, aut frustra ibi tumultus ciebitur, aut irrito conatu discedetur: Aut etiam, de arbitrio potentioris partis, omnia contra ius ac fas decernentur.

14. Quia totus mundus iam seculīs multis accusauit Romanam sedem atque adeò totum clerum, tā quam longè deploratissimos, ac perditissimos. Quin & ipsi Pontifices

19

tifices atque Cardinales, uidentes
suum & suorum perditissimum
statum, saepius conscripserunt ac
decreuerunt reformationes, quas
tamen nunquam uel in minimo
seruarunt. Noribergæ in comitijs
anni 1552 disertè confessus est Pō
tifex per suum legatum, omnium
præsentium malorum fontē esse
Romanam curiam. Scripserunt
etiam postea per quosdam Cardi
nales per Concilium Tridentinū
& in comitijs Augu. anni 1548.
quosdam sui status reformationes
quas tamen nec in minimo quidē
obseruarūt. Quid igitur prodest
cum his adeò incorrigibilibus ac
desperatæ maliciæ hominibus
concilia celebrare, aut reforma
tiones scribere, nisi prius consti
terit, qua ratione cogi, ac in ordi

nem retrahi queant, ut uolentes
nolētes decretis synodi ex uerbo
Dei factis pareantur. De hoc igitur
prius cettò statuendum esset, alio
qui opera & impensa in celebran-
do Concilio, & reformandis illis
desperatæ peruicaciæ hominibus
ludetur: sicut & in concilio Con-
stantiensi & Basiliensi alijsq; innu-
meris, frustra eorum reformatio
tentata est.

15 Quia aduersarij statuerūt Cō-
stantiæ, & alioqui multum dispu-
tant, hæreticis non esse seruandā
fidem: nos uerò tales esse dudum
proclamauerunt: quare facile e-
rитеis, ubi nostros intra Tridenti
nas angustias, retia aut laqueos ha-
buerint, conclusionem adiūcere,
esse ius ac fas sibi eos iugulare. Cu-
ius suæ perfidiæ ac periurij exem-
pla

pla abundè dederunt in exurēdis
contra datam fidem & saluū con-
ductum Hussio, & Hieronymo
Pragensi.

16 Quia multipliciter contra o-
mne ius & fas in proximis concil-
ijs egerunt, ut quod eodem tem-
pore ac simul initio anni 1546 &
concilium Tridenti agere cœpe-
runt, & crudelissimum bellum cō-
tra nostras Ecclesias, regiones &
principes mouerunt, sine omni
præcedenti dijudicatione, aut a-
ctione legitima: imò etiam sine in-
dictione belli, quod nec Ethnici
quidem olim factitarunt. Quis
unquam audiuit aut cogitauit ta-
le concilium posse esse legitimum
Christianum ac piū? Fieri san-
potest, ut iam quoque idem medi-
etur, & uel statim ab initio faciat,

uel paulò post, ubi nostri ad cōt̄
cilium profecti fuerint.

17 Quia in prædicto conciliabu-
lo nec ipsi quidem Cæsareæ M.
ius suum tunc seruatum est. Nam
Papa cum quibusdam alijs regi-
bus & principibus conspirauerūt
& subito suum conciliabulum in
præiudicium C. M. Bononiām
transtulerat, remanentibus tantū
quibusdā Cæsareanis Episcopis.
Nec potuit C. M. Episcopi Ger-
maniæ, & totum imperium, quan-
tumvis multum laborarēt (quod
eorum scripta euulgata testātur)
efficere, ut denuo fugitiua illa Pa-
pæ mancipia Tridentū redirent.
Quod si C. M. tunc in magno flo-
re potentiae existenti, non est ser-
uata fides, quomodo nobis serua-
retur? Quis ergo ausit cū istis ho-
mini-

minibus concilium celebrare?

18 Quia certissimum est Papam
eò conuocare nō magno cum de-
lectu optimos doctiss. & pientiss.
uiros, ac spiritu zelo 'que Dei ple-
niss. ut omnino fieri oporteret:
sed contra quasdam fēces, sordes
ac uomicas perditissimorū sibi q̄z
addictissimorum hominum, per
quos omnia quæ uult, efficiat, ac
obtineat. Non enim tantū pes-
simos ac indoctissimos homines
promouet ad Episcopatus in Eu-
ropa existentes, sed etiam creat &
facit quot uult titulares Episco-
pos, alium Constantinopolitanū
Ierosolim. aut Antiochenum, a-
lium Alexandrinum, Sidonien-
sem, aut Tyrīum, aliorumq̄z loco-
rum sub Turca existentium, aut
etiam prorsus deletarum ciuitatū

Qui nunquam uel fuerūt ibi, uel
eo proficisci (quantūuis id deri-
dentes Deum & homines, iurēt)
cogitant. Tales laruas Episcopo-
rum, Archiepiscoporum & Pa-
triarcharum, magna specie titulo-
rum: uestimentorum & pomparū
ornatas, ut Tragicos quosdam re-
ges in ludibrium ac contumeliam
Christi, eius Ecclesię, & omnium
Christianorum ad synodos able-
gat. Quis uero grauis doctus ac
pius uir, cū talibus perditissimis
hominibus, aut etiā laruis seu per-
sonatis Episcopis agere uelit, aut
quid tandem doctores Christi cū
eis boni efficere possent?

19 Quia nostri eo missi anno
1552 Cum quidē eis grauissimis
uerbis ac promissionibus tum ab
illo cœtu, tum & à C. M. sancte
esser

esset promissa plena audientia, ac
 ius dicendi quæ uellent in toto cō
 cilio, nunquam tamen ut audireti
 tur, obtainere potuerunt, quantū-
 uis plurimum instarent ac solicita-
 rent, idç unà cum Cæsaris lega-
 tis uiris longè amplissimis. Quod
 prolixè Sleidanus in Historia, &
 Vergerius in proprio libello, cu-
 ius supra mētionem feci, ostēdit.
 Quid ergo attinet nostros ad talē
 cōtum cum periculo ire, ubi tan-
 tū ludibrio sint omnibus, & nec
 audiātur quidem, nedum ut eo
 rum sermo aut disputationes ma-
 gnificant, aut quicquam obtineat:
 20 Quia satis ostēdit Vergerius
 & alij, quosdam paulò meliores
 ac sinceriores à præsidentibus Pō-
 tificijs tantū ideo synodo amotos
 quòd animaduersum est, eosali-

quanto liberius locuturos. Quia
de causa etiam ipse Vergerius nō
fuit in eo conciliabulo admissus,
aut auditus, sed coactus irrito co-
natu abire.

21 Quia nostra præsentia tātūm
uidebimur approbare illum cœ-
tum, & uerè pro concilio agnosce-
re, uidebimur etiam legitimè au-
diti, iudicati, & damnati. Nemo
enim præsumit tam insanus es-
se, ut si eum latrones, aduersa fa-
ctio, aut etiam prorsus partiales
iudices, ad suum iudicium aut sy-
nodum uocet, sit è profecturus.
At illi Papæ præsidentes & Epi-
scopi, sunt uerè spirituales latro-
nes, per Ecclesiam Christi horri-
bilter grassantes.

22 Quia plurima impia decreta
manifestè nostram religionē dā-
nantia

tantia, sunt iam in eo conciliabu
lo anno 1546 facta, cum (ut su
prae dictum est) simul armis cōtra
nos sunt grassati, ea decreta illi nō
tantum non uolent irrita facere,
sed etiam omni studio ac ui cōfir
mabunt. Quid ergo nos ibi agere
mus, ubi iam contra omne ius ac
fas damnati sumus unā cum uera
doctrina: Nisi fortasse sententiam
iniustæ damnationis audire liber
quo omnia tanto magis iustè ac
legitimè peracta esse uiderentur.

²³ Quia non tantum frustra, sed
& perniciose omnis synodus &
disputatio, & iudicium de doctrinā
sumitur, ubi non uera norma
aut mensura inquirēdæ ueritatis
adhibetur. At aduersarij nolunt,
ut solam lucernam uerbi Dei pe
dibus nostris propositam sequa

mur, solumque dilectum filium uni
 cum dominum ac magistrum no
 strum audiamus, ac ex eius doctri
 na de uera ac falsa religione iudice
 mus. Sed contraria dicunt scripturam
 esse normam ac regulam seu lucer
 nam obscuram, fallacem, impostu
 ram plenam, & ideo negligendam.
 Verum sua concilia, decreta, tra
 ditiones, & alia hominum scripta
 ac commenta esse sequenda. Quis
 ergo tam prophanus, aut etiam ex
 tremè impius esse uelit, ut causas
 Iesu Christi tamen prauis fallacibus que
 ipsorum normis iudicari pati ue
 lit. Necesse igitur est tale concilia
 bulum uitari.

24. Quia Pontifex Roman. nos
 iamdudum atrocissime d^{omi}nauit,
 quin & extrema crudelitate et im
 manitate igni & ferro est persecu
 tus,

tus: imò & in proximis indictiō-
nibus concilij nos satis perspicue
hæreseos accusat. Quid ergo nos
efficeremus aut boni speraremus
in eius conciliabulo? Quare meri-
tò id (si sapiunt) omnes uerè boni
ac pīj omni studio deuitabunt.

Lutherus p. m. prolixè urget
illud argumentum in ultimo cō-
tra Pontif. libro, quod quoniam
ille sibi tale tantumq; regnum aut
superioritatem usurpet, ut nō tan-
tum supra singulos doctores, aut
Episcopos, sed etiam supra totam
Ecclesiam ac synodos uniuersales
esse ac imperitare uelit, frustra sit
celebrare synodos, quas Pontifex
pro arbitrio irritas facere possit.
Multo enim satius esse ipsi Papæ
rem totam demandare, eumq; sup-
pliciter orare ac obsecrare, ut ipse

modò decernat, quid pro uero,
 aut falso haberi, nōsue in posterū
 credere uelit, quàm tātos sūptus
 ac labores in concilium frustra in
 sumere. Nec tantū Papa ac sui se
 ductores ita sentiunt ac disputāt,
 sed & omnes status ei adhærētes.
 Nam Ratisponæ anno 1541 cùm
 in disputatione à toto Imperio cō
 stituta ex uerbo Dei aliquot arti
 culi nostræ doctrinæ essent com
 probati, & C. M. eos uellet reci
 pere ac confirmare, idc̄p̄ etiā Euā
 gelici status maximopere secun
 dum decreta priorum comitiorū
 flagitarent: contra omnes Pontifi
 cij ordines simpliciter, ardentissi
 mec̄p̄ iusserunt, & decreuerūt om
 nia esse arbitrio Pontificis cōmen
 danda & concredenda, ut is pro li
 bitu statuat. Siquidem iste de
 bet

23
debet esse exitus nostrarum dispu-
tationū & actionum cum aduersa-
rijs, & id iustum ac pium est, tum
rectius id ab initio fiet, ut ei res to-
ta demandetur. Aut si id omnino
est iniustum, sicut est iniustissimū
& duo proxima concilia Constan-
tiense & Basiliense decreuerūt cō-
cilium esse supra Papā, tum cedat
ille prius de ista suæ Tyrānidis ar-
ce, seçp cōcilio ac eius decretis pu-
blicè solenniterçp subijciat. Idēçp
& ei adherentes status confirmēt.
Alioqui omnis actio, labor, ac sū-
ptus frustra suscipiuntur. Si enim
acta decretaçp conciliabuli Papæ
displicuerint, mox omnia pro ar-
bitrio irrita faciet.

26 Summa Lutherus satis idçp
omnino prophetico spiritu ostē-
dit, quid de Pontificijs cōcilijs sen-

24

tiendum sit, illa sua pictura Papæ
incidentis sui, quam quia proprio
scripto declarauī, nunc non proli-
xius tractabo. Qui ergo delecta-
tur illo benedicto Papæ munere,
is adeat eius synodū, reperiet om-
nino in copia, quo perfruatur. Po-
stremò cōsiderentur & exempla
ueterum, quæ ad uerbum ex La-
tina Euangelicorum recusatione
anni 46 adjiciemus: ita enim ibi
ad uerbum habetur.

Extant plura & uetera & pro-
bata exempla sanctorum patrum
qui synodos defugerunt, quanq;
autoritate summa indictas, cū su-
spicabantur non hoc agi, ut ueri-
tas pateficeret: Sed ut stabiliretur
aut tyrannis aut impium aliquod
dogma.

Imperator Constantinus edi-
cto

25

eo luculenter & seuerè scripto,
præcepit gubernatoribus Eccle-
siarum, ut in Tyro conuenirent.
Et si aliqui eò uiri boni & Deum
rectè colentes accesserunt, ut Po-
tamion martyr: tamen plures E-
piscopi colludebant cum Ario.
Cum igitur Athanasius uideret
se habiturū esse iniquos iudices,
noctu discessit, cu mīp ad Impera-
torem, qui non procul erat, uenis-
set, coram Imperatori, quāquam
irato se excusauit.

Deinde Constantius synodū
Antiochiæ coegit frequētissimā.
Ad hanc noluit accedere Maxi-
mus Ierosolymorum Episcopus,
cum quidem loci uicinitas eum in-
uitare posset: sed norat, quo uo-
luntas Constantij propendebat,
uel potius quid machinarentur il-

Ilumpostores, qui mirificis tech'nis deprauabant Imperatoris a' nimum.

Postea cùm Photinus horribilem tumultum in Pannonia excitasset renouans ueterem Ebionis blasphemiam, ac negans in Christo duas esse naturas, Imperator, ut in rem magna, synodum conuocat Syrmium. Ad hanc magnitudine negotiū inuitare debebat omnes, præsertim quinon longè abe-
rant. Venit autem eò magna fre-
quentia Arianorum, quæ cum su-
specta esset pijs Episcopis in Oc-
cidente, plurimi eò accedere nolu-
erūt. Ex præcipuis uero uenit eò Hispanus quispiā Osius Cordu-
bensis Episcopus, qui & Nicenæ
interfuerat, quēcū Imperator pro-
pter nominis celebritatem pecu-
liariter

liariter euocarat. Cumq; ibi astute deprauatum esset Nicenū symbolum, Osius ambignitatem uerbi, quod insertum erat, stulta opinione tranquillitatis approbavit.

Postea cum eius autoritatē hæretici allegarent, Ecclesiæ in multis regionibus perturbatae sunt. Ideo Hilarius asperè queritur de Osiō, eiq; non solum imprudentiam, sed etiam leuitatem tribuit. Quare multo satius fuisset Osiū non uenire in synodum.

Cyrillus Episcopus Hierosolymorum, qui defēdit ὁμοστιον & cū Gregorio Nazianzeno tandem cōsensit, aliquoties citatus à synodis non accessit ad eas, ac primus dicitur usus scripta appellatione.

Imperator indixerat ut Mediolani conuenirent Episcopi ex O-

riente & Occidente. Ibi cum Paulinus Episcopus Treuerensis, & pauci quidā alij animaduerterent Auxētium fauere Arianis, statim initio discesserunt, ac fuerunt ceteris autores discedendi. Non enim uolebant prætextu synodorum deleri ueritatem.

Cum igitur similes causas habeamus, ne Tridentinam synodus probemus, quales illi habuerunt in fugiendis aut relinquendis impijs synodis, satis nos & hec causa, & haec exempla excusant.

M A T T H. F L. I L Y.
R I C V S.

REVERENDISSIMI,
 Reuerendi , Nobiles ,
 doctissimi & dilecti ho-
 rum temporū Roma-
 ni Episcopi, Dñi Pauli huius no-
 minis tertij, commissarij & legati,
 alijqz Cardinales, Episcopi , præ-
 lati, & absentiū legati, nuncij, hoc
 tempore Tridenti congregati, do-
 mini clementes, & beneuoli . Cū
 Paulus ille Romanus Episcopus
 partes indicendi, cōuocandi que
 concilij Tridentini non dubitaue-
 rit sibi denuo superiore anno ar-
 rogare hoc potissimum (quemad-
 modum id bulla hac de re edita sa-
 tis testatur & declarat) concilio,
 ut in eo uestra, aliorum que sibi
 deditorum Cardinalium, Episco-
 porum & prælatorum opera, de
 controversis Christianæ nostræ

30

Religionis & fidei articulis, certū
quod determinaretur, atque de-
cideretur, & in hoc sumo, maxi-
mi' que omnium momenti, ut po-
te religionis & fidei negocio, non
leue quippiam, neque quod so-
lum illum Rom. Episcopum, ip-
sius que cōplices attīngat, sed tam
omnipotētis Dei gloriam, quām
totius Christianæ reipublicæ, at-
que in ea uel maximè Electorum,
principum & ciuitatum Christia-
næ confessionis, Augustæ Impe-
ratori exhibitæ, cōfederatarum,
tanquam alterius in mota contro-
uersia partis, præsentem & æter-
niam, uel salutem, uel exitium spe-
ctet. Ideò Reuerendissimorum,
illustriſſimorū &c. Archiepisco-
porum, Electorum, principum,
prælatorum, comitum, domino-
rum

31

tum, ciuitatum & ordinum, Au-
gustanæ, adeoque uerè Christia-
næ cōfessioni addictorū nomine
coram V. R. &c. Nos N&N ut
pote illorum (&c.) peculiariter
in hoc constituti cōmissarij & mā
datarij comparemus, eam sustinē-
tes potestatem, autoritatemque,
cuius copiam & exemplum v. R.
& dignitate præsentes offerimus
& cognoscēdum exhibemus. Ac
protestatum initio uolumus, nos
hac nostra præsentia & compari-
tione loco prædictorum iam illu-
strissimorum & clementissimorū
nostrorum dominorum, princi-
palium & primariorum nequaç
uel in sæpius iam, nominati Ro-
mani Episcopi, raptam sibi supe-
rioritatem, autoritatem & iurisdi-
ctionem, uel Lystricum ipsius cō-

cilium; eius' que iudicium, uel de
cisionem ullo modo, si quid cōtra
sacrosancti Euangeliū, & diuinæ
Scripturæ ueritatem constituere
ausum futerit, consentire, uel sile-
tio, aut expresso suffragio cōpro-
bare. Deinde testamur eodem
modo ut ante, nos præsentē hanc
actionem, in nullius hominis, cu-
iuscunq; demum ordinis sit & di-
gnitatis, uel cōtumeliam, uel etiā
detrimentum instituere: sed ad eā
fuscipliendam summa & ineuitabi-
li necessitate totius Ecclesiæ ueræ
& catholicæ, quin & honorificen-
tissimè iam nominatorū nostro-
rum clementissimorum, beneuo-
lentissimorum' que dominorum
principalium, solummodò tuen-
dæ ueritatis, sacrosancti' que uer-
bi diuini causa, & ad impetrandā
Chri-

Christianam & iustum status Ec
clesiaстici reformationem, moue
ri ac compelli.

Tertio protestamur etiam pu
blicè, coram ipso deo & uniuerso
Mundo, nostros clementissimos
& benevolentissimos dominos
principales, ac primarios, suæ do
ctrinæ & confessionis licitam, le
gitimam & Christianam exami
nationem, & disputationē nequa
quam detrectare, defugere, aut re
cusare, sed potius, ut in cōmuni, li
bero, Christiano & nullo graua
to præiudicio concilio, eis compa
rere, & causam controuersæ reli
gionis, iuxta Dei uerbum, & sa
cro sanctæ Scripturæ sententiam
djudicare sine periculo liceat, nō
solū sese ultro iam offerre, sed sem
per illud ipsum summè expetiuis-

34

se, & adhuc uehementi desiderio
exoptare. Quod autem coram v.
R. & dig. cōparere, & hanc grauiſ
simam fidei cōtrouersiam, ad con-
cilium illud Tridentinum referre
grauantur, habent sui huius cōſi-
lij rationes iustas, graues, pias &
ſufficientes, quae infra declarabū-
tur. Evidēt propter ſummam
inevitabilem que cūm ſuam, tum
cōmunis Ecclesiæ neceſſitatem id
facere nec potuerunt, nec debue-
runt. De his omnibus & singulis
nomine prædictorum noſtrorū
dominorum principalium, publi-
cè & optima forma, prout in re &
cōſuetudine fieri debet & ſolet, in
præſentia protestari & excipere
uoluimus. Propoſita hac prote-
ſtatione (quam in omnibus & ſin-
gulis ſequentiibus actionibus pū-
ctis-

Etis'que repetitam & ratam uolu-
mus) dicimus nomine & manda-
to prædictorū iam honorif. no-
strorum dominorū ac principa-
lium, quod nequaquam hoc pro
pria quadam libidine institutum
concilium inuisere, uel ibi suæ do-
ctrinæ & confessionis reddendæ
gratia iure ullo teneantur. Siqui-
dem istud fictitium, & adulterinū
concilium ad prædictam iam cau-
sam omnino est inconuenientis, &
nequaquam isti operi idoneum.
Quare etiam nostris Illust. princi-
bus ac statibus isti constituti mo-
dò iudices summè suspecti, pericu-
losi, & omnino deuitandi haben-
tur, id' que propter sequētes pias,
iustissimas , simul ac grauißimas
rationes.

Principiò enim usurpauit sibi

Episcopus Rom. potestatem in-
dicendi & conuocandi huius con-
cilij, quod tamen de iure ac cōsue-
tudine maiorum, puriorisq; Ec-
clesiae inueterata, hoc præsertim
tempore, per negotiorum presen-
tium rationem, & Christianæ rei-
publicæ summam necessitatē ne-
quaquam ei competit, eūq; decet.

Nam primum illud est certissi-
mum, cùm ex Ecclesiæ, tum alio-
rum fide dignis historijs, quod si
quādo in causis religionis ac fidei
exorti fuerunt errores, & dissensi-
ones, nunquam ab Episcopis uel
pontificibus, sed semper ab Im-
peratoribus & Regibus Roma-
nis, uel suopte consilio, & pro se,
uel unā cum alijs pñs proceribus,
pro temporis cuiuscq; & negotio-
rum opportunitate, sint instituta
conci-

concilia, & partes, itemque Episco
pi & alij legitimè ad ea citati con-
uocati que.

37

Sic enim à Constantino Nice-
num, à Theodosio Constantino-
politanum & Ephesinum, à Mar-
ciano Calcedonense, à Iustiniano
Constantinopolitanum, à Caro-
lo Magno, Ludouico, & horum
successoribus, itemque ab Otto-
nib. & Henricis, Mogunti, Vor-
matiæ, Francofurti, alijsque in locis
fuerunt indicta celebrataque cōci-
lia. Quemadmodum & nouissi-
mum Constantiense nullo autho-
re Pontifice, sed Sigismundo Im-
peratore celeberrimæ memoriæ,
aliorumque piorum procerū, prin-
cipum, ac ciuitatum opera atque
consensu constitutum, & in opus
productum fuit.

Sic & ueteris testamēti tempō
 tribus in populo Dei, non Aaron
 sed Moses, non Eleasar, sed Iosua
 non sacerdotes summi, sed iudicū
 officio fungētes, omnia coegerūt
 concilia: Sacerdotes & Leuitas,
 non minus quām reliquos, certis
 mandatis, eò citarunt, falsos cōcul
 tus iuxta uerbum & mandatum
 diuinum, è medio sustulerunt, ri
 tecō omnia in Ecclesia, & religio
 ne constituerunt. Simili quoq;
 ratione amplissimum illud conci
 lium populi Israelitici per Daui
 dem bis conuocatum fuit. Idem
 & Salomon, Asa, Iosaphat, Iosas,
 Iosia, Zerubabel, Nehemias, alij
 que complures factitarunt.

Vnde apparet, qui nam fuerit
 mos antiquitus conuocandi, indi
 cendi & constituendi concilia, &
 hisce

hisce adhuc temporibus meritò
obseruari deberet.

³⁹ Adhæc de iure ille tantū habet
citandi seu uocandi potestatem,
qui citandos seu uocandos habet
suæ iurisdictioni subiectos.

Iam uero dicti nostri principa-
les ac domini clemētissimi, nequa-
quam Pontificis Rom. ullam po-
testatē, uel iurisdictionē uniuersa-
lē agnoscunt. Quod enim ad æter-
nas & corporales res attinet, ipse
Pontifex Romanus intelligit, nū
quā se illorum ordinum fuisse do-
minus, necq; hos ipsius subditos.
Quod uero Pontifices Romani
ipsi sibi priuatum ius, supremā-
que potestatem in rebus diuinis
erga omnes tam supremæ quam
infimæ sortis homines totius or-
bis Christiani, iam aliquot annos

arroganter uendicare nō sunt ue
riti, id certè ab ipsis haud probè,
adeoque secus quām ipsorum ha
bent iura, & Apostolorum ac Pa
trum producta consuetudo, nec
sine summa Christianæ religionis
ignominia, ac detrimēto factum
esse liquidè cōstat. Nā quod uul
gō & quidem apud ipsos magni
cē iactatur, Episcopum Rom. Ec
clesiæ esse Oecumenicum, cui om
nes reliquæ sint demandatæ ac su
biectæ, iura sanè ipsorum propria
reclamant. Et propterea uniuers
alem ne Romanum quidem Pō
tificem appellandum esse. Nam si
Papa esset uniuersalis, alij Episco
pi essent pro nihilo. Sicenim san
ctus Gregorius Eulapio Patriar
chę Alexandrino rescripsit: Si me
uniuersalem Papam V. sanctitas
dicit

41

dicit, neget se hoc esse, quod me fa-
teatur uniuersalem, sed absit hoc:
Recedant uerba, quæ ueritatē in
flāt, & charitatem uulnerant &c.

Præterea nusquam reperitur,
quod diuus Petrus, licet primari-
us quodammodo fuerit Aposto-
lus, ob id maiores sibi spiritus su-
pserit, & falcem suam in aliorum
Apostolorū messem curiosè &
arroganter immiserit.

Ac scribit D. Hieronymus om-
nes Episcopos eiusdem esse digni-
tatis, sacerdotij unius, ac æqualis
Apostolorum successionis. In pri-
mis uero haud contemnendus hu-
ius rei testis est D. Gregorius, qui
eum, qui uel ipse uniuersalis Epi-
scopi titulum sibi assumit, uel ab
alij sibi imponi patitur, sicq; alijs
predominari cupit, Antichristi

præcursorēm esse affirmat.

Et si igitur Romani Episcopi
facto quidem, & ut ipsis uidetur,
meritò hanc sibi potestatē, & om-
nis generis præminentias, recla-
mantibus tamen cùm ipsorum iu-
re proprio, tum & libertate Chri-
stiana uniuersali, multis iam an-
nis sibi usurpauerint: tamen haud
obscurum est, quo id iure, quāue
iniuria, quibūsue technis & frau-
de uaferrimè id primum au cupa-
ti, deinceps etiam adepti, ac tandem
propria auctoritate & tyrannide
arripere cōfirmari cō ausi fuerint.
Ostendit id Carthaginensis syno-
dus anno 457 itemcō Constanti-
no politana, quæ illam est conse-
quuta, cui Augustinus quoque in-
terfuit, in qua quidē synodo Epi-
scopus Rom, illius temporis ma-
nife-

nifesta oppugnatione Decreti cu
iisdā & Canonis synodi Cartha-
ginēsis, conatus fuit Episcoporū
prouocationes, & Ecclesiasticarū
rerum iudicia ad se se pertrahere.

Nunquam igitur rapta hæc po-
testas & dominatus uniuersalis ad
Episcopum Rom. neque de auto-
ritate sanctæ Scripturæ, necq; etiā
de sentētia iuris & æquitatis, mul-
to uerò minus ratione libertatis
totius Ecclesię pertinuit. Nec pos-
sunt se se nomine possessionis, diu-
turnæ quidem sed iniustæ, pror-
sus que malæ fidei, solide tutari.
Quia non potest, quod ab initio
uitiosum est, tractu temporis con-
ualescere. Neque uerò huiusmodi
potestatem ullum ius unquam cō-
tra Christi Ecclesiam, ipsis tribue-
re potest, licet aliquot annorum

44

myriadibus ad hæc usque tempora in possessione tali fuissent, cum contra Ecclesiam Christi, eiùsque libertatem (ut nec contra uerbum Dei) non habeat locum ulla quatumuis longa præscriptio.

Huc accedit, quòd ipsorum Canonistæ multis in locis, præcipue uero D Card. in c. licet de Elect. illud ipsum quod Pontifices potestatem sibi uniuersalem & gubernationem omnium Ecclesiarum, modo prorsus illico contraque exemplum Petri sumunt, uehementer perstringunt & accusant. Quo fit, ut Episcopi Rom. bona fide prorsus hac in re destituātur. Vnde hoc iam liquet episcopū Rom. non posse sibi iure potestatem uniuersalem uendicare, neq; ulla ratione clemētissimis nostris domi

dominis ac principalibus, Statis-
busq; Aug. conf. prædominari.
& licet aliquando eo audaciæ epi-
scopus ille Romanus profilierit,
tamen id nec iustè factum est, nec
ecclesiæ Christi, & illius libertati
suo temerario præiudicio, fraudi,
ac detrimento esse pōt, aut debet.

Non igitur possunt clemen-
tissimi nostri Domini, ac prin-
cipales Romano Episcopo ea in-
re, quæ neque diuino, neque hu-
mano iure ipsi competit, quamq;
ille titulo non bono ac legitimo
in perniciem summā Ecclesiæ ue-
ræ, adeoq; totius Christianismi
occupauit, salua conscientia con-
cedere atq; tribuere quicquam.

At fingamus sanè, sed non con-
cedamus, tale ius conuocandi Ro-
mano Episcopo cōpetere, atta-

men hoc tempore id ipsum mini
mè illi persequi liceret, quin po
tius ad Cesaream Maiestatem Ro
mani Imperatoris, domini nostri
clemētissimi, aliosq; ueræ religio
nis proceres illud recidisset atque
deuolutum esset. Nam & pontifi
calia iura, quæ tamen ipsi pro sua
libidine tantū constituerunt, hoc
ipsum habent: Quando Papæ &
Cardinales in congregando cōci
lio negligentes sunt, quòd tunc
ad Imperatorem eius spectet con
gregatio.

Iam uero palam & cuiuis quam
notissimu m est, quòd licet & hic
Pōtifex, & aliquot ipsius antecel
sores aliquando simulatè, ut fucū
facerent alijs, cōciliarum celebra
tionem creparint, scriptisq; pu
blicis indixerint, ijs quidem cōdi
tioni-

tionibus, locoq; præscriptis, unde
 ihs qui falsa ipsorum dogmata,
 uitæ que turpitudinem uideren-
 tur in lucem esse producturi, plu-
 rimum esset metuendum de peri-
 culis, si eò accessissent: nunquam
 tamen ipsis presertim huic Episco-
 po Paulo, eiusq; toti cohorti, tum
 Cardinalium, tum Episcoporum
 tum prælatorum, cæterisq; eiusdē
 farinæ hominibus uerè cordi fue-
 rit, ac ne nunc quidem sit celebra-
 re uriuersale, liberale, Christianū
 que & minimè impeditum concilium,
 quale tantarum diuinarūq;
 rerum magnitudo & ratio requi-
 rit. Multo uero minus eiusmodi
 concilium, quod non modò nihil
 ipsis patrocinet, sed impias etiam
 opiniones ipsorum, morumq; tur-
 pitudinem detegat, & arguat un-

quam tolerare poterunt aut etiam uolent. Si em̄ Episcopo illi suisq; parafangis uerè unquam animus, uerumq; studium fuisset, tale concilium & Christianā reformatiōnem instituendi, proculdubio iā olim commodum locum in Germania (quemadmodum quidem hisce nostris clementiss. dominis in plurimis comitijs, quib. interdum etiam legati Pontificij interfuerū, spes facta est) citra omnes insidiosas dilationes haud graua tim delegissent.

Cum igitur iam in confessō sit, quòd Episcopus Ro. & ipsius stipatores Cardinales, Episcopi & prelati in uocando libero & Christiano cōcilio, iam multos annos & etiamnum, non solum negligētia & ignauia, sed etiam fraudulētis

49

tis suis cunctationibus impedimē
to fuerint, iterū ex fundamēto su-
periori hoc extruit, quod pote-
stas conuoca'ndi constituendiç
concilij ad officium Cæs. Maest.
aliorumç piorum procerum, ne
quaquam autem ad Episcopum
Romanum, pertineat.

Adhuc, neque hoc nomine pōt
ea potestas Romano Pōfici hoc
tempore cōpetere, quod & ipse &
ipsius complices Cardinales, Epi-
scopi, prælati, præ alijs manifestè
in concilio sunt postulandi impie-
tatis, heresios, corruptelarum do-
ctrinæ, symoniæ, de' que alijs fla-
gitij grauibus, & animaduersio-
ne iusta digniss. accusandi, qui-
bus sanè constat, ipsos esse inqui-
natissimos, sicut etiam de hac ipsa
Postulatione & accusatione in fu-

euro aliquo libero Christiano^c
 concilio, uel etiam prius, prout cō
 modum uisum fuerit persequēdi,
 expressis uerbis nomine memoria
 torum statuū, Christianæ & Au
 gustanæ confessionis, principiū,
 ac principalium clementissimorū
 modò protestatum uolumus.

Cūm igitur hac ratione Ponti
 sexille Rom. ipsius que cōplices
 sint futuri pars opp̄ osita hisce sta
 tibus, sequitur Episcopum Rom.
 utpote reum neutiquam de iure,
 & sensu cōmuni posse amplius su
 stinere personam superioris uel
 iudicis, neque quicquam iuris ha
 bere, citandi, & uocandi alteram
 partem.

Ex quibus omnibus necessa
 rīo sequitur, nec Episcopo Roma
 no licere Christianis statibus Au
 gusti

gustanæ confessionis indicere cō
ciliū, nec eosdem illustrissimos P.
ut in hoc illegitimè in dicto Con-
cilio coram v. R. compareant, iu-
re teneri.

Deinde in multis recessibus im-
perij uidelicet Norimbergensi an-
24. Augustano & Spirensi anno
26 & 29. Ratisponensi anno 32
& 41. Spirēsi anno 42 & Norim-
bergensi &c. anno 43. & denuo
Spirensi 44, quorum aliquibus
etiam Pōtificij legati interfuerere,
manifestè legitur, semper statibns
imperij communibus ad tollēda
& componenda dissidia nostræ
puræ religionis, uisam esse cōmo
dissimam & unicam rationem in
commodo aliquo Germanie loco
concilium liberum & Christianū
institui: qua de re nostris prin-

52

cipalibus clementissimis notum
est, omnibus præclaram spem sæ
pe factam esse.

Iam uero quis existimauerit Tri
dentum Germaniæ urbem, cum
& loci & linguæ ratio, cuius hic
plurimus est usus, diuersum testē
tur. Notum est enim Italicam lin
guam hic esse natuam & popula
rem, paucosq; admodum reperiri
qui Germanicam calleant.

Ac ut maximè hęc esset Germa
niæ ciuitas (quod tamen non con
cedimus) tamen communi libero
& Christiano concilio ea est per
quam inepta, imò & suspecta ual
de. Itaque à recessuum illorum cō
sultationibus & pollicitationib.
prorsus aliena.

Constat enim in omnibus Tri
dentum non solum propter incō
mo-

⁵³
moditates quasdā, generali & cō-
muni concilio celebrando nō suf-
ficere, sed propè etiam omnibus
Germaniæ statibus, maximè ue-
rò omnium nostris dominis prin-
cipibus, statibus Augustanæ con-
fessionis esse omnibus modis infe-
stam.

Et licet nihil horum esset causa
tamen Illustrissimis nostris do-
minis principalibus admodū est
graue, & metuendum ualde, ne si
turbulētis hisce temporibus pro-
cul nimis imperij & ditionum suā
rum finibus excesserint, haud le-
uibus, suā defensioni & guberna-
tioni subiecti, exponantur pericu-
lis, suis que hostibus prædæ relin-
quātur, ob quam causam C. p. in
hoc tam incommodo & dictis mo-
do recessibus minimè tesponden-

ti loco cōparere non possunt, nec
etiam iure se id debere agnoscunt.

Tertiō non possunt status Au-
gustanæ confessionis, domini no-
stri clemētissimi, tutō & citra me-
tum periculi maximè hoc in loco
esse, eo quòd hæc ciuitas nō est uel
libera, uel imperialis, sed Episcopi
Tridentini subiecta potestati, quē
non modò ut Episcopum, unā cū
omnibus suis, ut uocātur, spiritua-
libus, Romano Pontifici iuramē-
tō obstrictum: uerū etiam ut po-
te Cardinalem, præcipuam Papi-
stici regni partem & membrū exi-
stere constat. Item quòd ciuitas
hæc ad technas, & omnes occasio-
nes Pontifici eius que sarellitibus
est appositissima, eo quòd magna
sit ipsorum hoc in loco potētia, &
nostrorum principalium nume-

rus

55

rus longè inferior futurus. Hanc
ob causam neque sibi ipsis, neque
etiam suis se posse quicquā trāquil-
litatis & ~~ασφαλειας~~ hoc in loco pol-
liceri, sed plurimum de periculis,
& uiolentia sibi metuendum esse,
facile perspiciunt.

Cum enim Episcopus Roma.
status Augustanæ cōfessioni ad-
dictos, aliquoties fulmine excom-
municationis damnarit, neque ha-
ctenus quicquā illorum retracta-
rit uel suspenderit, eaque plurimū
momēti ac roboris habere in hoc
Tridentino Episcopatu existimē-
tur, quis quæsto nō perspiciat, quā-
tuto ac saluo conductu P. nostri,
aut ipsorum legati, ubi maximū
est robur aduersariorum (qui iu-
dicis etiam sibi munus accipiunt)
esse possint: Id que non solum cū

suo detrimento, sed iactura etiam totius causæ, quam I. C. hoc in loco se nec liberè & pro necessitate proponere, neque etiam quicquā æQUITATIS EXPECTARE posse perspicit. Imò metuendum sibi esse uident, ne non solum non sufficienter causa ipsorum cognita damnetur, sed sacrosanctum etiam Euangelium insidiosis Romani Pontificis technis, penitus opprimatur. Non solum autem personis, sed & causæ tutus esse locus debet.

Iam uero cum & iure, tum etiā per se dictante, scilicet ratione, & æQUITATIS REGULA, planum est, neminem teneri in locis suspectis, ubi multum habet aduersarij cum roboris, tum opportunitatis, (ut quidem in hoc praesenti negocio constat & notorium est) compa-

rere

rere. Citatur enim, & ad locum
 non tutum comparere non tene-
 tur. Nunquid enim comparere
 quis debet in loco multum poten-
 ti, ac in eum odio prouocato? Et
 quis auderet, aut qua ratione ali-
 quis teneretur consistorij talis su-
 bire iudicium, & se in hostiū ma-
 nibus reponere, ac ad mortem
 per violentam iniuriam, non per
 iustitiam inferendam ultroneum
 offerre? Hęc quidē iure timentur,
 hęc de more uitantur, hęc huma-
 na fugit ratio, hęc abhorret natu-
 ra. Desiperet ergo, qui citatione
 huiusmodi arctatum se putaret.
 Quapropter & Abbas Panormi-
 tanus celeberrimus uestrorū Ca-
 nonistarum, in tractatu de Conci-
 lio Basiliensi (quod Eugenius Pa-
 pasibj̄ p̄si malo conscius, ob abdi-

58

uationem sui, quæ & post accedit
metuens, magnopere cupiuisset
ex Germania transferre Ferrariā)
expressè decidit & scribit, cōciliū
illud, licet fuisset initio collectum
Ferrariæ, tamen iure potuisse ac
debuisse transferri in Germaniā,
cum propter summam Eugenij
id loci potentiam, tum maxime so-
ciorum eius in uicinia erga se fauor-
em & conjunctionem, quo libe-
rè, tutò, sineq[ue] periculo in ius Eu-
genius uocari, & actio aduersus
cum institui potuisset.

Ac concedamus Romanum
Episcopum cum sua curia domi-
nis nostris clementissimis ac prin-
cipalibus saluum & securum con-
ductum in hoc suspecto loco esse
daturum, quod tamen uix suspica-
ri licet, cum ille principes nostros
etiam

59

etiam incognita causa tanquam hæ
reticos excommunicauerit, ac lite
ris ad Cæsaream Maiestatē domi
num nostrum clementissimū ma
nifestè perscripscrit, nullum se hæ
reticis & schismaticis locum in cō
cilio, suo arbitratu modo consti
tuto, esse relicturum. Attamen li
ceret ipsorum cels. tutò & de om
ni adeo cyp Pontificio iure ipsis cū
singulis, tum uniuersis, utpote ad
uersarijs suis ac hostib. in hoc ne
gocio diffidere. Nemo enim cre
dere tenetur suis capitalibus ini
micis, nec fidere illorum literis sal
vi conductus cum periculo suæ sa
lutis, cum huiusmodi literæ male
uolum propositum, & animum
dantis securitatem nō mutent, sed
potius occasionem insidiandi in
nocentibus, & in loco non ruto.

60

opprimendi præstent. Id quod tan-
to magis quod Episcopus Rom.
decretum fecerit, nullis hæreticis
(quales & ipsius quidem iudicio,
licet falso, principes ac domini no-
stri principales, clementissimi ex-
stimentur) seruandam esse fidem.
Quemadmodum etiam constat an-
te hæc tempora saepius à Pontifice
uiolatas esse literas salui conductus
teste uel una Constantiensis con-
cilij Historia, ubi pium illum mar-
tyrem Ioan. Huss. contra conda-
ctum laudatissimi Cæsaris Sigis-
mundi, qui proculdubio libeter
ipsum tutatus fuisset, iniuste & im-
piè cremauerunt.

Cum primis uero non parum
metuendum est periculi Augusta-
næ confessionis statibus ex illegi-
tima illa excommunicatione, quā
Episco-

Episcopus Romanus & v. R. ha
beretis irritam & iniustum, quem
admodum re ipsa existit, cum sit fa
cta a iudice interpretanti & partia
li, id est altera parte non audita, &
processu prorsus iniquo, profe
cto iam pridem ea debuisset esse su
blata.

Sin autem censeatur esse iusta,
ut colligi potest ex eo, quod subla
ta non dum est, quis quæsto non ui
det, omnem tutam uiam ad istud
concilium clementissimi nostris
principalibus esse interclusam.
Semper enim illud prætendi po
test, Hæreticos & Excommunicá
tos nullius securitatis esse capaces

Quare ijdē nostri domini prin
cipales, nullo iure tenentur inuise
re illud concilium, & hoc tam in
festo & periculoſo loco.

62

Quanto &c. supra dictorū im-
perialium recessuum ea est senten-
tia, ut ad componendas conformā-
das que religionis controversias,
generale, liberum aliquod concilium
& Christianum, cuiusmodi
etiam per se unumquodque concilium
esse debet, instituatur, & ipse
Romanus Episcopus arbitrariū
hoc concilium, in sua indictione
appellet Oecumenicū & uniuersale
concilium, nulla tamen ratio
ne hic Tridentinæ cateruæ mani-
pulus generale, uniuersale, uel cō-
mune concilium vocari aut æsti-
mari debet. quandoquidem solus
Episcopus Romanus cū suis Car-
dinalib, Episcopis, & prælatis in
eo præsidere atque decidere præ-
sumit, reliquis statibus omnibus,
& personis politici ordinis longis
simē

limè exclusis & remotis. Nam etiā
si in recenti sui concilij inductione
hæc adiijecerit uerba (Illos etiam
accedere concilium liberum esse,
quibus de iure & libertate in con-
cilijs generalibus interesset atque
pronunciare licet) tamen non est
ignotum, eum hisce uerbis nemini-
nē, præter suos Cardinales & Epi-
scopos denotare, atque intellige-
re, sicut ea de re satis suam senten-
tiam in literis ad Cæsaream Maie-
statem datis declarauit, in quibus
contumeliosè ei obijcit, quod Lai-
cis potestatem cognoscendi & iu-
dicandi religionis controversias
facere uelit.

Iam uero conciliū generale, uel
commune id nequaquam esse, aut
dici potest, in quo bona pars, ad
quam religionis negocium æquæ

pertinet, ut sunt Imperatores, Reges, alij cō proceres mundani, domini, & homines eruditī, qui spirituales non uocantur, non admittuntur, sed excluduntur. Quomodo enim generale, aut uniuersale dici potest id, quod tantum unam partem cō plectitur, Clericos uide licet, Alterā uero Laicos, scilicet excludit. Et cum fides sit uniuersalis, nec minus ad Laicos pertineat, quā ad Clericos, quo modo tractatio fidei debebit esse particularis & uniuersalis?

Nam id certè naturæ & proprietati generalis conciliij, & communii religionis fidei cō causæ aduersatur: quæ de sententia iuris, iudicio rationis, & omnium illorum communī consilio, & ope administra ri debent, quorum ea sunt communia

munia: Quod enim omnes tāgit,
 hoc debet ab omnibus tractari, &
 approbari, sicuti ui demus id ipsū,
 tam apud D. Apostolos, quām
 omnes patres, in more positū fuisse.
 Cū enim in primitiua Ec-
 clesia incidisset quæstio inter A-
 postolos, utrum īj, qui fidē Chri-
 stianam amplecteretur, essent cir-
 cuncidendi, nec ne, ablegati sunt
 Apostoli quidam, non ad Petrū
 tātum, & alios Apostolos, sed ad
 totam Ecclesiam, quæ fuit Hiero-
 solymis. Neque legitur, Petrum
 maiori quām alios fuisse authori-
 tate, uerūm quòd omnes illi Apo-
 stoli unā cum præsbyteris populi
 unanimiter decreuerint, circunci-
 sionem ad salutem non esse nece-
 sariam.

Similiter innumera reperiun-

tur exempla, 'deinceps Patrum quoque temporibus, non solum Episcopos, clericos, sed & Cæsares, principes, aliosq; proceres, ac uiros doctos, Laicos, & priuatos, non raro etiam tenuioris fortunæ homines ad concilia fuisse conuocatos, admissos, ac itidē auditos, eorum que adminiculo negotia tractata, ac confecta, ut locuples testis est historia Ecclesie, a liæq; fide dignissimæ, necnon & ius ipsum Pontificium.

Si igitur apud Apostolos qui Spiritu sancto fuerunt repleti, itē que apud sanctos Patres hæc sunt habita necessaria: quanto magis ad nostra hæc tempora necessariò hæc requirūt, cùm illorum actio nostra debeat esse instructio:

Cum hac Apostolica & Chri-
na con-

na consuetudine rectè concordat
ius Canonicum, quod uult, ut nō
solum dicti illi clerici, sed & Laici
ad sint rebus fidei in concilijs, eo
quod fides sit uniuersalis & cōmu-
nis toti Christianismo, quod que
illa nō minus Laicorum salutem
aut condemnationem, quam clē
ricorum uel spiritualium illorum
spectet & concernat.

Adhæc, quid obsecro aliud est
concilium, quam congregatio cō-
munis Ecclesiæ Christianæ, aut
Christianismi?

Cū igitur Laici æquè sint Chri-
stiani atque spirituales illi, & in
mortem Saluatoris nostri bapti-
fati, eoque in membra Ecclesiæ: cur
inquam, à consultationibus, & iu-
dicijs fidei religionē spectantibus
remouentur & excluduntur? præ-

cipuè cum uera fides sæpe in sum
mis uiris deleta & intermortua, in
idiota quopiam maximè lucere
interea, & uigere possit & soleat,
ut uidere est exemplo beatæ Vir
ginis Mariæ, genitricis Dei, quæ
Christo filio suo, & saluatori no
stro cōstans in ipsius passione ad
fuit, fugientibus interim & à uera
fide deficientibus Apostolis.

Ita & in Niceno concilio con
iugium sacerdotum ut res pia &
sancta, per unum Paphnutiū, mul
tis interim obstantibus conserua
tum est integrum, quapropter &
ipsorum proprij Canones tradūt
in causis fidei, unius, & quidē pri
uatæ personæ, uel uerbi, uel sente
tiæ, quatenus rectius & firmius in
ueteri ac nouo Testamēto, quam
Papæ sentētia fundata reperiatur
ipsius

69

ipius Pontificis opinioni esse præferendam.

Vnde liquet etiam Laicos concilio communi interesse, & cōiuncta ipsorum opera causas religiosis decidi oportere; à quo si ab arceantur, ut in præsentia fieri uideamus, concilium id generale nec duci, nec esse unquam posse.

Quanquam eam quoq; ob causam istud concilium non est habēdum pro generali, quod paucitatum Romani Pontificis coniurati in eo cōparent, ac præcipuè nationes ac proceres Christiani orbis suis legationib. id nō inuisunt

Quinto, omnes rei circumstan-
tiæ clarè testantur, hoc Tridentinum concilium non liberum, sed uehementer Papæ technis ador-
natum esse, ac dici oportere, cum

liberū cōciliū vocetur, id quod
 sit immune ab omni coactione, &
 in quo nec sit necesse attendere, uel
 spectare ad ullius alterius actio-
 nes, inhibitiones aut cōcessiones,
 nihilq; à periculis cuiquā metuen-
 dum. Verū ubi liberrimè actu-
 tò quilibet ueritatem in conse-
 ctu omnium profiteri possit & au-
 deat. Cuius rei illustre admodum
 habemus exemplum in D. Paulo
 qui D. Petrum de errore conui-
 ctum, Antiochiæ aperte corā to-
 ta Ecclesia redarguit &c. Sed ho-
 rum nihil, imò diuersum deprehē-
 detur in hoc perfido concilio Tri-
 dentino.

Nam primum clementissimi
 nostri domini principales cū suis
 in loco admodum infecto & peri-
 culoso hic Tridenti essent.

Dein

71

Deinde licet Romanus Episc.
partes statibus prædictis, & domi-
nis nostris principalibus clemen-
tissimis aduersas tuendas suscep-
rit, illorum que uerè Christianā
doctrinam, præter legitimam co-
gnitionem damnando, eos & ex-
communicarit, atque insuper in
hunc usque diē crudelissimis per-
secutionibus infestari eos patia-
tur. Cum illi potius graues & iu-
stissimas aduersus eum & mani-
pulares eius habeant querelas &
accusationē, nihilominus ille pre-
sidentis sibi atque iudicis munus
in concilio isto arroganter sume-
re & ascribere non ueretur.

Quum autem liberum id sit cō-
ciliū, & iudicium in quo pars al-
tera cum adiunctis sibi iudicem a-
git, & assessoribus pro libitu suo

72

delectis & uocatis, talē iudicij for
mam constituit, ut non modō nul
la audiat accusatio, sed accusator
etiam antequam in iudicium ue
niat, & uerbulum proferat, iudice
tur, atque condemnetur: quiuis
cōmuni saltem rationis sensu præ
ditus facillimè æstimauerit.

Tertiò, solus Episcopus Ro
manus cum suis Cardinalibus &
alijs clericis, uoces decisivas & po
testatem decernendi in hoc ipso
rū concilio sibi arrogat, & ut ex su
perioribus colligitur, nemini pre
terea hac in re locum est concessu
rus, unde iterum atque iterum pa
tet, hoc concilium nequaquam ei
se posse liberum.

Nam primò in cōfesso est Car
dinales illos & Episcopos, cete
rosq; clericos (quemadmodū &

v. R.

73

V. R.) Episcopo Ro. summa &
horreda iuris iurandi religione esse
ita cōstrictos, ut aliud nihil in hi-
scē negocījs proferre atq̄ consule
res sitis ausuri, quā quod Ro. Epi-
scopum, cui tantopere estis obli-
gati, cupere & probare intellexe-
ritis. Quoad igitur obligatio i-
sthaec atque obstrictio durat, nec
penitus ea sublata, libera facta fue-
rit singulis & uniuersis dicendi &
consulendi potestas, nō est quod
in eiusmodi concilio ex solo Epi-
scopo Romano, & suis manipu-
laribus coacto, quicquam liberta-
tis sibi quisquam polliceri possit.
Deinde simili ratione concilium
istud liberum uocari non potest,
cum inde, ut supra indicatum est,
penitus excludantur Laici. In li-
beris enim concilijs nemo, quem

74

pariter negotia attingunt (ut in
hac causa) excludi debet.

Quarto, neque illud conciliū,
aut iudicium liberum esse dicique
potest, quod priusquā coeat, cau-
ſacque cognoscatur, præoccupat, &
sententia decisiva præcurrat. li-
bero enim concilio omnia nego-
cia debent integrè & sine præiudi-
cio subiici atque committi.

Constat autē certissimè, quod
olim Episcopus Romanus Leo
decimus per apertam Bullam ab
hoc Paulo confirmatam, idemque
Paulus quotānis per bullam Cœ
næ, & reformationem curiæ Ro-
manæ, necnon & in dictis illis li-
teris ad Cesaream Maiestatem, cū
titulo, Admonitio paterna, uerē
piam confessionem & doctrinam
nostrorum clementissimorū do-
mino

minorum principalium multipli
citer condemnauerint. Quod q̄
idem Paulus hodiernus Episco-
pus Romanus in epistola illa ad
Cæsaream Maiestatem accuset,
quòd foedera & societatem colat
cum clemētissimis nostris domi-
nis principalibus, hæresum dam-
natorum patronis &c. Adhæc,
quòd ubique publicis suis edictis
mādata proponit, ut atrocib. pœ-
nis puniantur, quicunque doctri-
nam statuum illorum amplectun-
tur. Atque sævitum quidem est
haec tenus satis truculenter, & mul-
tis cædibus plurimum innocentis
sanguinis, propter ueritatē, Chri-
stianamq̄ statuū illorum doctri-
nam, in hunc usque diem crudeli-
ter profusum.

Taceo quod idem Paulus Illu-

strissimum principem ac dominū
 D. Hermannum Archiepiscopū
 Colonensem & Electorem &c.
 Itemqz nostrum in hoc negocio
 dominum principalem, statim in
 Exordio huius secundi conciliij, li
 cet inaudita, multo uero minus le
 gitime deuicta causa, ceu impium
 & uesanum Archihæreticum, in
 dignumqz Episcopali nomine, ac
 cui uel minimum obtemperet,
 publico scripto pronunciauit, ac
 declarauit, simul que in eodē scri
 pto Celsitudinis eius aduersarijs
 omne robur, consilium, & studiu
 suum aduersus Celsitudinē illius
 prolixè obtulit & recepit, atque in
 super processum aduersus celsitu
 dinem ipsius longè iniquissimum
 ac uiolentissimū edi curauit: pro
 pterea quod Cel, ipsius de senten
 tia

tia nouissimi imperialis recessus
 Ratisponæ facti cōstituerat in Ar-
 chidiocesi Coloniensi Christianā
 reformationem iuxta Dei uerbū
 instituere, praua que dogmata &
 impios cultus inde profligare.

Quæ certè omnia grauia & terri-
 bilia præiudicia merito clementis-
 simos dominos nostros princip.
 à tam iniquo & periculoso conci-
 ilio absterrere debent: presertim si
 cōsideretur quòd Episcopus Ro-
 manus non solum non abiicit illa
 sua præiudicia, sed etiam Cæsareā
 Maiestatem eo nomine accusat,
 quòd plus quam se decuisset ege-
 rit, quando Augustanum Impe-
 rij recessū suspēdisset, & is quidē
 ideo hos status à concilio suo rei-
 cit, ne ipse admittendo eos præiu-
 dicia sua labefactet. Quare nullo

pacto clementissimi nostri domini principes sibi persuadere possunt, Romanum Episcopū quicquam in hoc suo concilio contra præiudicia sua permissurum, nedum uos alios que Romano Pontifici addictissimos Cardinales, Episcopos, & Theologos contra quicquam moliri, aut tentare auros, cum uideant Maiestatem Cæsaream ob solam Augustani recessus suspensionem tam driter incusari, ac cōminationes porrò aduersus Cæsaream Maiestatē hac in re factas, lōgè grauius quid cæteris statibus inferioribus portendere non obscurè perspiciant.

Ex quibus omnibus facile intelligitur, concilium hoc nequam liberum, sed omnibus modis intricatum, & insidiosis ac pericu-

ricolosis machinationibus, & mis
 nis plenū existere, eoꝝ indignis
 simum esse, quòd tam augusto cō
 cilij nomine appelletur. Sexto,
 nullo modo aut iure hoc conciliū
 uerè dici aut cēseri Christianū po
 test: Christiano enim concilio so
 li Christo, & ipsius uerbo diuino
 competit uox decisiva, qua om
 nia religionis negotia ex solo Dei
 uerbo & Scriptura sacra, minimè
 uero iuxta humanas & papisticas
 traditiones, uel opiniones, cū uer
 bo Dei pugnantes, liberrimè à to
 ta Ecclesia, nemine excluso, pro
 poni, expendi, ac definiri, ueritas
 diuina adstrui & defendi, nienda
 cia & imposturæ Antichristiani
 dogmatis, atque superstitionum
 apertè argui, confutari, piè muta
 ri, ac emendari debent. Hac tamè

conditione & lege, ut plus autori
 tatis cōcedatur uni, aut duobus,
 sententiam suam perspicuē, & cer
 to uerbo Dei comprobantibus,
 quām reliquis omnibus firmis sa
 cræ Scripturæ testimonij desti
 tutis. Extat eius rei egregium A
 postolorum exemplum Acto. 15.
 Item Paphnucij in concilio Nice
 no & alijs perinde pījs. Nam æter
 no & immoto Dei uerbo omnes
 traditiones & adinuentiones hu
 manæ meritò ce dunt. Atque hoc
 quidem est causa, cur plurimi ho
 mines in concilijs Christianis cō
 uocari & conuenire soleant, nō ut
 numerum articulorum fidei auge
 ant, sed ut si qui in eorum nume
 ro reperiantur, quibus uoluntas
 & doctrina Christi, de controuer
 sis negocijs, ritè effet cognita, ue
 ramq;

ram'que synceræ religionis sententiam monstrare, & perspicuis clarisque Scripturæ testimonij*s* confirmare possint: soli cum Chri-
sto unico & supremo nostro do-
ctore & præceptore, reliquis o-
mnibus quantumuis potētia, &
authoritate florentibus posthabi-
tis, audiantur.

Iam uero in inductione huius concilij, constat omissum esse modū in cōtrouersijs religionis pro-
cedendi. Quod ipsum præter ante
tea indicata præiudicia, ac graua
mina, quibus clemētissimi nostri
domini principes premerentur,
manifestissimum est documentū
Episcopum Romanum cum con-
spirata sua cohorte pro libidine sua
acturum omnia, quemadmodū
hanc sibi licentiam & potestatem

omnia religionis negotia pro arbitrio agendi & transigendi iam pridem sumere cōsueuit: Christo uero eiusqz uerbo nullū prorsus relictum locum. Quid enim z lias attineret disputare, utrum Laici quoque ad cōcilium sint admittendi, aut cui uox decisiva recte cōpetat, an uero nō: Nam si Christū audire cupimus, nulli iam uox decisiva relinquitur, qzp soli Christo, & qui uerbo ipsius probè est manitus: sin minus, iam religionis cōtrouersias decidere nemo omnino potest, etiam si ipso Episcopo Romano, omnibus que Cardinalibus, Episcopis, clericis & monachis longè esset superior. Quare si Episcopo Romano & v. R. esset animus audire Christum, proculdubio Illustrissimos principes & no

& nostros dominos haud graui-
tim ad præsens concilium admit-
teretis. Quæ sanè conditio ut pia
& liberalis est, ita cōsideratione di-
gna: Si enim principes nostri cle-
mentissimi nō afferrent uerbum
Dei immotum, possetis utiq̄ eos
non solū omni iure, sed propria
etiam sententia redarguere & con-
demnare, quòd confitentes & cō-
tendentes, ex solo uerbo Dei, tan-
quam supremo iudice, omnes reli-
gionis controuersias esse cogno-
scendas & dījudicandas, ipsi con-
trarium facere inueniantur. Sin
uerò cels. ipsorum suam causam
uerbi diuini fundamentis munitā
proponerent v. R. non modò cō-
cilij accedendi ipsis libenter poter-
statem facturæ, sed grato etiam a-

nimo eos audituræ & amplexuræ essent. Verum cum nō solūm horū nihil in hoc cōcilio (ut testatur omnes circumstantiæ) deprehendatur, sed ne sperare quidem unq̄ liceat, facile intelligi potest Romanum Episcopum & suos non esse audituros Christū, sed eō progressuros audaciæ, ut se potius & traditiones suas, licet manifestè cum uerbo Dei lucidissimo certissimoq̄ pugnantes, ac diuersum à Christo statuētes, quam ipsā Dei ueritatem audiri uelint, & contendant, quod tamē obtinere ipsi nec poterunt, nec debebūt unquam. Quia Christus dicit: Oues meæ uocem meam audiunt, alienam uero fugiunt &c.

Hinc iam manifestum est, concilium istud nulla specie sibi Christianū

stianum nomen uendicare posse,
sed conciliabulum' potius impiè
conjuratorum Papistarum aduer-
sus Dei uerbum, & Christum ip-
sum esse nuncupandum.

Porrò si finis quoq; & effectus
uniuersiisque uerè Christiani cō-
cilij spectentur, manifestum fiet,
nequaquam illud dici posse concí-
lium. Nam per cōcillum christia-
num è medio tolli debent errores
& blasphemiae aduersus Deum,
ueritas in lucē produci, reforma-
tio pia ad Ecclesiæ ædificationem
constitui, omnes res in integrum
restitui, denique pax pia, & publi-
ca tranquillitas & Christiana con-
cordia propagari & conseruari.
Hanc ob causam Cæsarea Maie-
stas, dominus noster clementissi-
mus, unà cum Electoribus, princi-

pibus & communibus Imperij ordinibus semper statu it concilium liberum ac Christianum, unicam esse uiam ac rationem, quam com modissimè tam funesta dissidia in religione, & quæ inde excitæ sunt ~~et~~ tollerentur, & ubique locorū pax & concordia cōstitue ref &c. Si ergo ea futura esset huius cōciliij ratio, ut solius Epi. Romanī adducti & iurati cardinales Episcopi & prælati uocem decisi uam (quæ quidem perpetua constans, rerum est sententia) alij ue rò pīj omnes, & sacrarum rerum intelligentia, quantumuis instruti Christiani, uel nullam, uel tantum consultatiuam habeant uocē humanæcꝝ traditiones ac somnia cœlesti ueritati anteferantur, non solum non Christianum dici concilium

cilium, sed effectus etiā & fructus
 uerè pīj & liberi cōciliū sortiri nul-
 lo modo posset. Non enim per il-
 lud tolerantur errores, & omnis
 generis peccata, scandala, & scele-
 ra, sed tegerentur potius & stabili-
 rentur, non per illud producere-
 tur in lucē ueritas, sed supprime-
 retur; non pax, non pia aliqua cō-
 cordia, non salutaris animorum
 cōiunctio, sed è diuerso multo ma-
 iores & grauiores perturbationes
 odia, exacerbationes, dissidia, &
 ptractiones expectandæ & perti-
 mescedæ essent. Quæ omnia, nō
 solū sententia & decretis recessuū
 imperij, & pollicitationib. sēpenu-
 mero nostris clementiss. domi-
 nis factis aduersa: sed etiam toti
 Christianæ Reipublicæ, & in pri-
 mis Germaniæ ignominiæ & de-

trimento futura essent extremo.

Ex ijs omnibus quæ hactenus sunt cōmemorata, perspicuū esse cuius potest, concilium istud indicū, neque generale, neque liberum, aut Christianum esse concilium. Quare nec concilij nomine dignum est, nec pro cōcilio haberī ullo modo debet, aut potest.

Cæterūm hoc quoque v. R. indicatum esse uolumus, Episcopū Romanum & captiosum ac fallax hoceius concilium ex arbitrio ipsius cōstitutum, in quo ipso præsidiere, ac tantūm cum suis manipularibus decisiuam sententiam ferre præsumit, iudicis munus in dementiss. nostros dominos principales, & controuersias religionis exercere nullo iure posse.

Septimō, ex uerbo Dei, cano
nibus

nibus, recepta orthodoxæ Ecclesiae consuetudine, iure item naturali & communi certissimum est, quod ad tollendas Christianæ doctrinæ corruptelas, & falsas opiniones, atque salutarem Ecclesiasticæ gubernationis instauracionem, quorum utrumq; in Romanii Pontificis regno (proh dolor) extremè est necessarium, tales homines in consilium adhibere debeant, quorum & uita mores que sint perspecti ac laudati, & diuinorum rerum, cum constanti ueræ pietatis zelo coniuncta scientia, probata, & cognita est omnibus. Quemadmodum id à ueteribus p̄hs Imperatoribus in conciliarū coactione quàm diligētissimè obseruatum legimus.

Iam statuatur ob oculos totius

90

ministerij & adm̄inistrationis Ec-
clesiasticæ forma, unà cum uero-
rum Episcoporum ac Ecclesiasta-
rum proprietatibus, officijs, atq;
doctrina: quemadmodum illa o-
mnia ab ipso Christo Salvatore
nostro, Apostolis, canonib. anti-
quis, & sanctis Patribus, sunt in-
stituta, mandata, & obseruata, nē
pe ut cum primis in Ecclesij since-
ræ & incorruptæ religionis, atq;
doctrinæ ueritas purè tradatur &
conseruetur, & reliqua omnia ad
normam ac genuinū sensum uer-
bi diuini, tanquam ad cynosuram
unicam, & ædificationem totius
Ecclesiæ, ac (ut uno uerbo dica-
mus) præcipue ad ueram fidem in
Christum referantur, & dirigan-
tur: sacramēta iuxta Dei uerbum,
& institutionem doceantur, admi-

ni-

91

nistrentur, & usurpentur. Disciplina quoque Ecclesiastica, uera pœnitentia & emendatio uitæ, recte instituatur & conseruetur: deinde ut non nisi idonei, & inculpatæ doctrinæ ac uitæ viri, ad gubernationem ministerij Ecclesiastici adhibeantur.

Cum his si iam cōferas Episcopi Romani & suorū administrationem Ecclesiasticam, & uitæ totius cursum, facile deprehendes, in toto orbe terrarum non extare homines qui totam hanc pię & salutaris Ecclesiasticæ gubernationis formā, ac uerorum μυστῶν τοῦ naturam & officium minus intel ligant, minusq; probent & exprimant, quam Pontifex Romanus cum tota Cardinalium, Episcoporum & prælatorum suorum col-

92

vie. Nam quo^{rum} quotidie hoc in primis
summo studio, & scelerato zelo
urgent, cauent, & impediunt, ne
uel in templis, uel quouis alio lo-
co miseris Laicis, diuinæ ueritatis
lumen exoriri, eiusque uerus intel-
lectus contingere possit. Neque
pudet istos sanctulos lectionem
Bibliorum Laicis & plebi interdi-
cere. Quin & preces uernacula
lingua recitare eos nō patiuntur.

E`contrà uero omnibus uirib.
& crudelitate urgent obseruatio-
nē suorum somniorum, ac idolo-
latricæ suæ doctrinæ, quæ potissi-
mum ad autoritatem & dignitatē
ipsorum amplificandam directa-
sse conspiciunt. In hunc ferè unū
finem externam illam & mongo-
nizatam religionis formam, solis
ceremoniarum tragœdijs fucatā,
& su-

93

& superstitionis idolatriæ cultib,
fundatam, constituerunt. Vt ex ē
pli causa. Primò eiusmodi Eccle-
siam constituunt, in qua summa
potestas sit penes Episcopum R.
cui omnes Episcopi, Sacerdotes,
Cæsares, Reges, Principes, & in
summa omnes, qui Christianum
nomen profitentur, nisi animæ sa-
lutis iacturam facere uelint, obtē-
perare teneantur. His nonnulli ip-
sorum Theologistæ impudenter
adūcere solent tales personam,
in rebus fidei hallucinari, aut terra-
re non posse. Quod tamen aper-
tum & tetricum est mendaciū. Huic
suo monstroso capiti & satellitib.
tribuunt potestatem condendi ar-
ticulos fidei & nouos cultus erigē-
di, quod proculdubio horrendū
illud scelus est, de quo D. Paulus

94

āit: Antichristum sese super Deū
hoce st̄, supra uerbum ipsius diui-
num exaltaturū. Idololatrici au-
tem ipsorum articuli, sequenti ca-
talogo recensentur.

Quòd beneficio Missæ remissi-
peccatorū impetrare uiuis & mor-
tuis, & quod opus illud sit necessa-
rium ad salutem.

Quòd Deus, aut sancti in qua-
rūdam imaginum statuīs sint effi-
caciōres quam in alijs.

Quòd dubitandum sit, utrum
nobis peccata propter Christum
condonentur, remissionem uero
peccatorum esse querendam, &
expectandam cum dubitatione, si
ducia propriæ dignitatis & ope-
rum: quoditē est idololatricum.
Nam hoc modo filius Dei media-
tor nefariè suo honore spoliatur.

Quod

95

Quòd Deus sine Christi notitia & fiducia mediatoris rectè invocetur, sanctos uita defunctos esse inuocandos.

Sacramentum extra uerū usum (cum constet, nullam ibi esse rationem sacramenti) esse adorandum, & pro Deo habendum.

Quòd opera à Deo non mādata, ut est discrimin ciborum & similia, sint cultus diuini, quib. deus honore afficiatur, quodq; peccatorum remissionem mereantur & ad salutem sint necessaria.

Quod uota monastica æquiualeant Baptismo.

Episcopum Romanum habere potestatem prohibēdi sacerdotibus coniugium: nam in hoc etiā super Dei præceptum fere effert, in quo imbecillæ nature coniugij

mandatum proponitur.

Quod uterque gladius, nempe spiritualis & corporalis sit Petro traditus, indeq; in mandatis Episcopus Romanus acceperit, ut ce-
fares & reges creet & reiçiat, quod que sine confirmatione sua nullus regū possit esse Rex Christianus.

Hac ratione etiam Papa māda-
tum Dei transcendit, in quo utri
usque regiminis discriminem tradit.
Neque habet ministerium Eccle-
siaisticum ullum mandatum, trans-
ferendi ad se politicum imperium
aut constituendi etiā sub hoc præ-
testu, quasi Euangeliū mandatū
Dei afferat condendi politica re-
gimina &c.

Quod Papæ liceat sacramenta
à Deo instituta, pro arbitrio mu-
tare & mutilare.

Quod

97

Quòd Papa facultatem habeat
sanctorum merita elargiendi, alij
que applicandi, id que hoc tā glo-
riosō nomine, quòd ista applica-
tionē possit æternā Dei iram tol-
lere, quemadmodum scimus, in-
dulgentiarum nugas fuisse diuen-
ditas. Quòd iure is anathemate,
uel excommunicationis fulmine
petatur, interficiatur que, qui hos
articulos pro ueris amplecti re-
cusat.

Præterea Christiana doctrina
in multis grauiiss. articulis per bla-
sphemias Papistarum nærias ob-
scuratur atq; conuellitur, ut quòd
uerè peccata, peccata esse negent,
quales sunt prauæ inclinationes,
& dubitatio cordis de Deo, & è
contra peccata esse fingant, quæ re-
uera nulla sunt, ut est discriminē

borum, interdictio coniugij, & similia.

Quod docet hominem in tam mortale, imbecilla & corrupta natura posse legi diuinæ satisfacere.

Quod discrimin Legis & Euā gelij, item mandatorum & consiliorum turpissimè, & non citra ingentem multarum animarum iacturam deprauarunt.

Quod docent enumerationem omnium peccatorum quæ memoriæ occurruunt esse ad consequendam ueniam necessaria.

His tam tetris erroribus indies alios atque alios à se excogitatos, flagitosi monachi adjecunt &c.

Porrò si Ecclesiastica quoque disciplina inspiciatur qualis ea sit, cùm apud plebem, tum apud monachos

nachos & uniuersum clerū, Deus
bone, ibi chaos & rerum omniū
confusio, supra quām cuiq; credi-
bile est, occurrit: quemadmodum
satentur, & queruntur omnes ij,
quibus aliquomodo Scriptura sa-
cra, & doctrina, ac administratio
ueteris Ecclesiæ est cognita. Imò
adeò omnia in regno Papistico,
sunt peruersa & extremè perdita,
ut D. Bernhardus ante 400 circi
ter annos, eiusmodi fures & maxi-
mè Romanæ Ecclesiæ uentres, sa-
cilegos, Ecclesiæ pestes & stru-
mas, ac Antichristi, non Christi
satellites, in publico quodam con-
cilio palam in facie appellare non
sit ueritus. Notum est autem om-
nibus, quibus aliquomodo histo-
riæ sint cognitæ, quod Episcopus
Romanus & ipsius manipulares

in dies maiorum malorum & tur-
barum autores extiterint, ac etiā-
num hodie nihil aliud meditari,
ac moliri, quām ut in perditissi-
ma illa uitæ suæ conditione, & sce-
lerata omnium rerum confusio-
ne confirmantur, atque corrobo-
rentur.

Nempe ut omnigena & mani-
festa symonia, prælaturas & Ec-
clesiasticas dignitates, ac stipendia
uenentur & adipiscantur, ijs que
non solum ad mundanum luxū,
sed ad omnis generis flagitia & tur-
piss. uoluptates apertè & impu-
denter abutantur, & interea sa-
nam doctrinam Christi, & disci-
plinam ac omnem honestatē an-
gue peius odio habeant & perse-
quant̄, & sua potentia quasi capta
& in se ruitutem redacta, uiolēter
op-

opprimant. Quemadmodum &
hec omnia illust. nostrorum prin-
cip. & statuum Theologi multis
& saepenumero publicatis scrip-
tis, uerè & manifestè haec tenus pro-
barūt, ac demonstrarūt, & (proh
pudor) notiora sunt omnibus, q̄
ut ulla egeant probatione. Pote-
runt tamen eadem, si cupiunt, ulte-
rius ijs probari & demonstrari ar-
gumentis, quæ ab ipsis eludi, aut
euerti nulla sophistica' specie un-
quam poterunt. Quæ omnia il-
lustr. nostris princ. pro sua occa-
sione & opportunitate persequē-
di publica & expressa protestatio-
ne nunc reseruare uoluimus.

Cum igitur inde manifestū sit,
& nemo qui rerum diuinarum, &
Scripturæ sacræ non prorsus est
ignarus, inficias ire possit, nusquā

terrarum reperiri homines, quo-
 rū tota religio, uita, & mores plus
 & uehemētius domino nostro Je-
 su Christo, eiusque sacrosanctæ do-
 cētrinæ & ueritati aduersantur, que
 Pontificis Rom. & ipsius concili-
 abuli, qui etiam minus disciplinā
 Christianam ferre ac tolerare pos-
 sint, imò qui re uera aliud nihil
 sint, aut censeri debent, quā ipissi-
 mus Antichristus locum Dei oc-
 cupans, & hisce postremis tempo-
 ribus reuelandus, quemadmodū
 id ipsum pluribus clementiss. no-
 strorum dominorū principalium
 Theologi scriptis impressis satis
 abundē demonstrarunt, facillimē
 quilibet pius colligere potest Ro-
 manum Epis. & hoc lustricum ip-
 sius concilium in controuersijs re-
 ligionis & Christianæ Ecclesiæ re-
 formæ

103

formatione nequaquam iudicis posse
officio fungi, sed quod nihil tam
inimicum Deo, legibus omnibus
& rectae rationi hominum accide-
re possit, quam si reformatio Eccle-
siæ, Episcopo Rom. & conciliij hu-
ius confederatis, infestiss. Chri-
sti & Ecclesiæ ipsius hostibus &
perturbatoribus committeretur,
concilium istud approbaretur, &
uoces decisiuæ illis solis relinque-
rentur. Quid enim hoc esset aliud
quam Ecclesiam Dei, & totum Chri-
stianismum capitalibus suis hosti-
bus & persecutoribus prodere, &
eorum tyrannidi subiungere?
Neque uero hac in re Augustum
nomen Episcopi, eiusque autoritas
& præminentia, quæ Romanis
Episcopis cum suis, nec piè, nec ho-
nestè, sibi rapta, coram mundo flo-

104

ret, spectanda est. Et licet hæc omnia ordine legitimo adepti essent (quod tamen nequaç ipsiis conceditur) tamen ipsi sese sua impia & scandalosa reprehensioneç dignissima doctrina & uita, eorum possessione rursus eiecerunt. Ad hæc Deus ipse cognitionem & iudicationem Ecclesiasticarū controuersiarum ad hosce titulos Episcopales nequaquam alligatam uoluit. Quemadmodum id in illis Episcopis & sacerdotibus, qui Prophetas, Christū ipsum, & Apostolos sunt persecuti, & trucidarunt, clare cōspicitur, ut maximè illi ordinarij in populo Dei fuerint Episcopi & sacerdotes, nec minus etiam promissionem S. S. habuerint, quām de sese Ro. Pontifex, & ipsius socij, magnificè hodie

die glorientur.

105

Octauò, porrò manifesti iuris
est, adeo q̄ ab ipsorū Canonistis,
pro immoto fundamēto habetur
quòd Episcopus Ro. aut Papa in
his duobus casibus non possit es-
se iudex, nempe quādo impia sua
doctrina et uita, Ecclesiæ est offen-
diculo & ignominiae.

Primum enim quod ad doctri-
nam attinet, proculdubio est ue-
rissimum, quòd Episc. Ro. ob fal-
sam et hæreticam doctrinam accu-
satus, non possit, aut debeat, in eo
casu iudicis sustinere personam.
Nam Papa si deprehēdatur à fide-
deuius, accusari potest, et sic in ca-
usa p̄pria iudex esse nō permittit.
Ad uitam uero qnodo attinet testā-
tur Canonistæ plurib. in locis, Pa-
pam si sit in peccato mortali noto

rīo, et alios scandalizet: nec sit cor
 rigibilis, quia in tali peccato iug-
 ter permaneat, posse tanquam hæ-
 reticum puniri, nec debere esse iu-
 dicē, quia uideatur malè fētire de-
 fide etc. Cū m igitur iam s̄epius
 dicti status Augustanę et Christia-
 næ confessionis, clementissimi do-
 mini nostri principales, Episcopū
 Rom. et ipsius complices, non so-
 lū ob tetram et scandalosam ui-
 tam, luxuriam immodicam, libi-
 dines, uoluptates, auaritiā, symo-
 niam, aliaq; crimina notarint, et
 in ius uocarint: uerū metiam ob
 doctrinā, traditiones, prauos cul-
 tus, atque ita hæreſeos et idolola-
 triæ palām, et iam antea, et nunc
 quoque insimularint, ipsi uerò ne-
 minimum quidem in hunc usque
 diem sese purgauerint, neque in
 ater

æternū purgare possint, & tamen
hactenus nulli emendationi , aut
reformationi sese subiçere uolue-
rint , sed prorsus sint incorrigibi-
les: ideo de proprio ipsorum iure
sequitur, eos in concilio , rebus fi-
dei , & Ecclesiæ reformationi de-
stinato, nequa quā præsidere , aut
iudices agere posse.

Nonò, fingamus sanè , sed non
concedamus, nihil istorum obsta-
culorum existere, uehementer ta-
men Episcopus Rom. cum suis,
adeo q̄ totum istud concilium, in
quo ipsi soli præsidere & decidere
cupiunt, clemen. nostris dominis
princ. esset suspectum, & pericu-
losum, eoque omni iure uitandū,
& recusandum.

Primum enim iure quemlibet
iudicem, qui ex causa coram se agi

tanda' magnum uel commodum,
uel incommodū percipere potest
ceu uehementer suspectum, recu-
fare licet.

Est autem palam, omnem Ro.
Pontificis & suorum uel fortunā
& incolumentem, uel interitum
pendere ex hac religione, fidei cō-
trouersijs, in quibus non solum
ipsorum persona, sed uniuersum
Papæ regnum grauiissimè accusa-
tur. Quapropter ipse cum suis ea
in re meritò non iudex, sed ab om-
ni parte suspectus esse & cēseri po-
test & debet. Deinde Ro. Pon-
tifex cum suis affeclis omnino in
causa nominata, pars est aduersa,
non solum propterea quod in li-
bero & Christiano concilio publi-
cè sit accusandus, atque ita alteram
sustineat partem, sed ea quoq; de
causa

causa, quod erga illustris. nostros
dominos princ. & alios Christianæ
confessioni adiuctos maximè
hostilem & inimicissimum exhibe-
beant & gerant animum. Nam iti-
dem iure cautum est, ne quisquā
hostem uel aduersarium in causa
sua iudicem admittere teneatur.
Iudex enim qui se inimicum ostē-
dit, licet non capitalem, suspectus
est, & recusari potest. Iam uero cer-
tissimum est, ut & supra est indica-
tū, & negare nemo poterit, quod
Rom. Pontifex & eius sectatores
non uulgares, sed maximi, acerbissimi
& uehementissimi hostes, &
sic capitales et atrocissimi sint cle-
nostrorum princi. inimici, quan-
doquidem tot iam ab hinc annis
Electores et principes, aliosq; cō-
fessioni Christianæ addictos, tan-

quam hæreticos et schismaticos,
non solum contumeliosè, licet fal-
sò, et nec audita nec conuicta cau-
sa, publicè cum summa iniuria, et
nominis ipsorum ignominia pro-
clamarunt, sed etiam damnarunt,
excommunicarunt, et plurimorū
ipsorum Cel. cōmuni pietatis con-
fessione coniunctorum, res et uitā
ferro, igni, iniustissimè, crudelissi-
meç persequi et inuadere ausi fue-
runt. Ac ne nunc quidem aduer-
sus ipsorum Cels. aliorū magnatū
& principū animos inflāmare, ac
omnibus technis ac fraudulentis
machinationibus exacerbare cel-
fant, quo ipsorū Cel. omnes quasi
huic confessioni et Ecclesiæ Chri-
stianæ adiuncti, ubique terrarum
ferro, aqua et igni è medio, uel e-
tiam ex omnium hominū memo-
ria

Ha tolli et extirpari possint. Ex
 quibus omnibus nunc supra me-
 moratis, satis manifestè apparet,
 quòd putatiuum istud concilium
 nō tantùm periculosisimum, sed
 nec commune, nec liberum, nec
 pium Concilium nominari pos-
 sit, ideoç à supradictis imperij re-
 cessibus & pollicitationibus alie-
 nissimum, ac ne concilij quidem
 nomine dignum: uerùmetiam ob
 adductas pias, & grauiiss. causas,
 statibus piæ & Augustanæ cōfes-
 sionis & clementiss. dñis princ. et
 communi Ecclesiæ merito maxi-
 mōpere sit suspectum, & ob peri-
 culorum magnitudinē ualde per-
 timescendum, deuitandumç.

Quare Electoribus, principi-
 bus & omnibus pījs ex ineuitabi-
 li necessitate in hac adeò grauissi

ma Dei & fidei causa , quæ nō res
leues, sed animæ salutē , atq; adeo
cūm corporalia, tum ēterna bona
spectat, omnibus modis istud con-
cilium evitandum & fugiendum
erit.

Nam licet sæpius honoris cau-
sa nominati Ill. princ, quæ hacte-
nus dicta sunt tam accuratè singu-
la animo non perpenderent, & li-
brarent: atque ea in re nec animæ
nec corporis aut uitæ rerum q; sa-
lutem, & incolumentem, aut etiā
nominis famæq; gloriam specta-
rent, sed hæc omnia publicæ tran-
quillitatis gratia, (cuius ipsorum
cels. quòd ad ipsos quidē attinet
post diuinæ ueritatis cognitionē
omniū maximè sint cupide) acer-
bisimis hostibus essent tradituri
tamen ipsis, tanquam Christi mē-
bris

113

bris & Dei filijs, est considerandū
hanc nō ipsorum, sed Dei causam
esse, ipsos quoque ueluti pios im-
perij ordines, quos Deus peculia-
riter ueritatis agnitione benignè
ornauit, minime decere, ut in hac
causa ad imminuendam diuinæ
maiestatis gloriam, & eius sanctæ
Ecclesiæ detrimentum quicq; con-
cedat, & aduersarijs largiatur, sed
hoc potius summū & præcipuum
ipsorū esse officiū, ut in uerbo dei
& agnita ueritate ad ædificationē
& amplificationē miseræ Ecclesiæ
per zelo constates perseveret. Quē
admodum ipsorum Cels. ab hac
confessione discedere, Ecclesiam
Christi deserere, & Deo ob acce-
pta æterna, & perpetua beneficia
ingratos esse bona conscientia, &
illæsa, cùm diui næ maiestatis au-

toritate, tum proximi dilectione
nullo modo possunt. Nam cōtra
legem conscientiæ non est obediē-
dum superiori, etiam Papæ. Præ-
sertim consideratis exemplis san-
ctorum Patrum, qui cum olface-
rent synodis quibusdam non ueri-
tatem inquisitam, sed quorūdam
tyrannidem, uel impia & falsa do-
gmata defensum & confirmatunt
iri, constanter eas accedere recusa-
runt, etiam cùm à supremo magi-
stratu indictæ fuissent. Nam D.
Chrysost. ad concilium, quod cō-
tra se coactum erat, his de causis
accedere recusauit. Cyrillus itidē
ad concilia oppugnantia nomen
homousion accedere nō est ausus
sed litteris alio appellauit. Atha-
nasius etiam, quamquam Tyrū ad
cōcilium accederet, tamen statim
pedē-

119

pedem retulit ad Imperatorem, cū
uideret præcipuos in concilio uel
le simul iudices & accusatores es-
se, eos cō clam substituisse quosdā
qui falso se accusarent.

Constantius Imperator, cum
Synodum Antiochiæ coegisset,
Maximus illius temporis Episco-
pus Hierosolym. accedere abnuit
quanuis Antiochia nō procul in-
de distaret. nouerat enim quò Cō-
stantij mens, per quorundam A-
rianorum fraudes & seductiones
informata spectaret. Eodem mo-
do & Occidētales Episcopi, cūm
intelligerent Arianorum affeclias
in concilio Sirmiēsi in Hungaria,
frequentes conuenisse, mandante
etiam Imperatore, comparere no-
uerunt.

Similiter & Paulinus Episcop.

Treuerensis ex concilio Mediola
nēsi, cūm insidiosas Episcopi eius
loci Auzentij, ac eius sociorū ma
chinationes, & studia animaduer
teret, discessit. Eiusmodi exēpla
passim in Ecclesia & alijs historijs
plura inuenire licet.

Addo quōd & iura Canonica
concedunt concilia suspecta et pe
riculosa recusari posse. Nam si iu
ra alioquin in leuioribus & tem
poralibus rebus aduersantem &
suspectum iudicem recusare con
cedunt, quid obstat quominus in
grauissimis Dei & fidei contro
uersijs idem fiat? Nam si in iudi
cio, in quo īdem sint inimici, qui
judices, ne quidem humana de
beant committi negotia, quanto
minus diuina? Qui sapiens est, in
telligat. Quia naturale est suspe
ctorum

117

ctorum iudicium insidias declinare, & inimicorum iudicium uelle fugere.

Cum itaque omnia supra com memorata uerè ita sese habeant et magna ex parte notoria & perspecta sint omnibus, ac ita Rom. Pontifex eiusqp concilium ob æquiss. & grauissimas hactenus cō memoratas causas, non solum nostris clementiss. dominis principalibus, & in religionis cōtroueria omnibus modis incompetentes & parum conuenientes: sed etiam ipsorum Cels. maximè suspe cti & periculosi sint iudices, et iuris beneficio nemo ad minus consentaneum iudicem uel præsidem accedere teneatur, imò omni cùm diuino, tum humano, et naturali iure, suspectum, uel periculosum,

iudicem, & concilium recusare cōcedatur, illustriss. et clem. principum nostrorū dominorum, omniūq; et singulorū puræ et Aug. Confess. iam coniunctorum, uel deinceps coniungēdorum nomine et authoritate Romani Pontificis et assēclarum eius concilium, et V. R. tanquā ipsorum Cels. et his controuersijs religionis minimē idoneos, sed plurimum suspēctos aduersantes, iniquos et periculosos iudices, in uniuersu m omnes & singulos forma & processu, legibus & consuetudin e recepto & probato, ob supra in dicatas causas, & impedimenta reñcimus, et reprobamus, & prouocamus, ac offerimus nos nomine arbitrorū juris ad commune, pium & liberū concilium Germanię in conueniē te, et

119

te & determinato loco cogendū,
& per Imperatorem clemētis. om
nium nostrorum dominum, con
iunctis aliorum piorū principum
& dominorum operis indicendū,
cui pīj & eruditī non suspecti aut
Papæ obligationib. constricti ui
ri intersint. Neque uero Ecclesia
sticæ solum personæ, uerū metiā
Ill. nostri pr. & Dñi, alijsq; pīj per
spectæ fidei, & uitæ probatae, cu
iuscunque sint ordinis conuocen
tur, liberè & tutò admittantur, &
audiantur, quo ita cōtrouersiæ re
ligionis omnibus modis & in pri
mis ex Sacris literis, & fide dignis
testimonij̄s ueteris, & ueræ Apo
stolicæ Ecclesiæ communī, libera
& non obstricta uocatione, exami
nari, inquiri, & discuti possint.

Eiusmodi in concilio tanq; re-

ligionis & fidei cōtrouersijs uero,
 conuenienti, ordinario & unico
 iudice, et iudicio illust. princ. no-
 strī domini, supradictas causas in
 competentię et $\nu\pi\omega\lambda\kappa\psi\epsilon\sigma$ sufficien-
 ter porrò pertexere et probare, ip-
 sum negotij et causæ caput (ut α'
 quū est) palam proponere, et om-
 nib. ac singulis piæ suæ confessio-
 nis, et diuinę rationē reddere sunt
 parati. Atque omnibus illis, quæ
 in cōcilio tali ex Dei uerbo et A-
 postolorum doctrina deciduntur
 et decernuntur piè omni reueren-
 tia et obediētia sese humiliter sub-
 mitttere non defugiunt. Quòd si
 tamen generale eiusmodi concili-
 um tam facile & mature cogi & in-
 stitui non posset, offerunt sese in-
 terea Ill. nostri princip. ad cōmu-
 nem, liberā, & Christianā aliquā
 Sy:

121

Synodum Germanie, ac aliarum
nationū, quas eo cōuocati religio-
nis causa postularet, in qua omnia
eo modo & cōditione, quæ supra
in Oecumenici cōsiliij idea est præ
scripta agantur & expendantur.

Cōsideratis his omnibus R. v.
arbitrorum iuriis nomine, ut et an-
te dictum magnoperè oramus &
monemus, ut ueluti incompeten-
tes, & maximè suspecti atque peri-
culosi iudices, ex causis recitatis ab
omni processu & actionibus, co-
gnitionibus, & decisionibus in cō-
trouersijs fidei & religionis, hoc
& futuro tempore prorsus absti-
neant, & si quid hactenus à v. R.
in dicto concilio denominata con-
trouersia suscepimus, actum & trās-
actum esset, id omne pro nihilo et
& falso habeant, tollant, & in in-

Segrum restituant, actio nostros illi.
 princ. ultra & contra hāc ipsorū
 interpositam piam, & iustissimā
 recusationem, prouocationem, et
 oblatū studiū, nulla ulterius mo-
 destia grauent, sed libera ipsis reli-
 cta ~~avverquā~~ totum negocium, ac
 dijicationem controversiarū,
 in articulis sanctae nostrae et piæ fi-
 dei ac religionis ad uerum, ordina-
 riū, ac unicum iudicem, nempe
 ad Oecumenicum, uel Nationale
 liberum, pium, nec periculosum
 concilium, pro iure & equitate de-
 ferant, ac eiusmodi concilium de-
 bito studio et diligentia ad ædifi-
 cationem et conseruationē pie co-
 cordiæ, et Christianæ pacis, ac mi-
 seræ afflictissimæ ecclæ Ecclesiæ salu-
 tē, maturare et promouere digne-
 tur. Illud enim nisi fieret, et Papa, et

v. R.

123


V. R. neglecta hac pia & equiss. re
cusatione ac prouocatione, in reli
gionis & fidei causa uel breui, uel
aliquanto post aduersus Illust. no
stros principales, et alios huic con
fessioni coniunctos molestis & pa
rū æquis decisionibus, & cēsuris
quicq̄ moliri, aut porrò agere ausi
fuerint, palā et legitimè hoc prote
stamur scripto, nomine supra reci
tato, de nullitate, iniuitate, & in
iusto grauamine, et illust. nostros
principes omnia ea quæcunq̄ sint
uel nominari possint, omni tem
pore, nunc et deinceps pro nihilo
habituros, et tanquam irrita (ut
uerè essent) reputaturos, et regio
ne omnem et quamlibet iustum et
legitimam, ac naturæ legibus con
cessam defensionē expressè et no
minatim reseruaturos esse.

Addimus et hoc, quod si R.P.
 cum suis ob hanc iustissimā recu-
 sationē & prouocationem Ill. no-
 stros prin. ullis modis molestare,
 uel etiam cōmune, pium & liberū
 concilium supra indicatum, ut ha-
 ctenus periculosè factū, impedire
 uel differre conaretur, & inde in
 Ecclesia dissipationes, seditiones,
 cædes & bella (quod omnipotēs
 Deus clementer auertat) exorire
 tur, Ro. Episcopū eiuscēs compli-
 ces, horum malorum omniū faces
 & uerissimos & unicos autores et
 esse, & ab omnib. & singulis meri-
 tò haberī & aestimari debere. No-
 stros uero Ill. dños & pri. deo mū
 do cōprobante, omni carere cul-
 pa, quæ omnia, nos cunctis & sin-
 gulis nomine clem. princ. nostro
 rum pura conscientia palam, &
 coram

corā toto mūdo testari uolumus.
¹²⁵

Hæc habuimus quæ v. R. no-
mine & mandato nostrorū clem.
principalium, et summa ac ineui-
tabili necessitate Christianæ Ec-
clesiæ indicare debuimus, ut quid
faciendum uel omittendum esset,
cuilibet liquidò constaret. Verū-
tamen laudabiliter ac sæpius no-
minatis nostris clementissimis do-
minis principalibus, prout porrò
necessæ fuerit, ac res ipsa postula-
uerit ulteriora auxilia & iuris be-
neficia in expresso receptu posita
esse uolumus, de quibus eodē
modo manifestè prote-
stamur.

BASILEÆ,
Per Petrum Pernam



A 210 3716